



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 31. Gerbis Insula a Dragute obsessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

fuorum vitam ancipiti forti exponere, præcipue cum de suppetiis proxime submittendis haud dubitare posset, eoquod ab hujus Insulæ conservatione totam rei summam dependere, Hispanis sat perspectum esset.

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

§. XXXI.

Gerbis Insula a Dragute obsessa.

Attamen puteorum jactura obsessis oppido funesta erat, eoquod diutius salubri aqua destituti, donec cisternæ pluviis copiose cadentibus replerentur, expectare cogentur: interea autem æstivis caloribus indies magis excrescentibus obsessi sæva siti cruciabantur, tantaque erat aquæ penuria, ut ea auri pondere venderetur: nihilominus quoddam miseris levamen afferebat quidam Sículus, nomine Sebastianus Pollira, qui ingenioso distillationis artificio falsam maris aquam in dulcem convertere noverat. Attamen aucta aquæ penuria plures sitis vehementiæ ulterius resistendo impares pulveri pyrio ignem subicere, arcemque uno impetu disicere decreverunt, ut sese a calamitatum, quibus pene conficiebantur, diuturnitate saltem subitæ mortis beneficio liberarent.